



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

I. Calvinisticae Ecclesiae sordes & deformitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

stances, quemadmodum Iudæi Agnum Paschalem? Quia in nostræ Eucharistæ perceptione, quia aperiendæ sunt fores animarum nostrarum ad recipiendum antitodium mortis & peccati, Catholici in genua procumbunt, ut & Lutherani. Cur ad menam istam nonaunquam acceditis, iam pasti? Quia magnum peccatum est Catholicis, Communionem recipere non ieiunos. Vidi aliquando Reformatæ Ecclesiæ homines ad S. Macarij fanum concionis audiendæ gratia proficiscentes qui medio itiuere in cauponam deflesterent, ubi sumptuoso cibo, alacrius deinde pergebant ad celebrandam cœnam, ad manducandum corpus Domini, quod in ipsos per canalem velut descendit & distillat, ut Calvinus loquitur. Verum esse quod dico, plures præter me testantur. Non me latet esse temperantes quosdam, qui damna etiam ingluviem: sed peccatum esse, paullum panis & vini sumere, nemo dicit. Idque propterea, quod hoc Scriptura non prohibeat. Quemadmodum ne hoc quidem, à prædio Cœnam celebrate, ut infra à me dicetur, quum ordinem quem in Cœna observant, describemus. Videte quid dicat Augustinus: Placuisse nimurum Spiritui sancto, ut propter honorem & reverentiam tanti Sacramenti ante omnem quemcumq[ue] cibum corpus Domini nostri Christianorum ora ingrediatur. Sanctus hic Episcop⁹ a maioribus sui id accepérat, illiā Tertulliano: (a) & hic ab Apostolis. En Traditionem Apostolicam. Quod si omnino imitari quod Dominus fecit, velleatis, accumbentes debetis panem sumere, quod Belge & Scotti faciunt. Alij aliorum deberitis pedes lavare, quod diserte Dominus præcepit, dicens: Si ego lavi pedes vestros, Dominus & magister, & vos debetis alter alterius lavare pedes. Sane in Ecclesia Catholica & Episcopi & Monachi morem hunc observant. Episcopus, immo & summus Pontifex, pauperum lavat pedes, & Monachorum, quem Gardianum seu Abbatem appellant, die Jovis in septimana sancta, quem ritum vos ridetis: at primi Christiani omnes eum servarunt. Observanda est autem prudentia Ecclesiæ Dei in hoc, quod quum lotionem illam multi pro baptismo interpretarentur, populo ea interdixit, ut videre est apud D. Augustinum. Ex quo satis iam appareat cæcitas vestra, qui ab eo, quod bonum & sanctum est, non aliam ob causam abhorretis, quam quia id in Ecclesia Catholica receptum est: aut quia Pagani, doctrinæ traditionis que Judæorum plagiarij, eo sint usi. Quæ causa est, ob quam Calvinus, vestra doctrinæ auctor, tā

nudam eam vobis exhibuerit, ut nulla appareant in ea religionis vestigia. Neque enim instruere eam necessarijs suis ornamentis poterat, nisi à nobis ea mutuaretur, quod facere non voluit. Docete orbem Christianum novum aliquem morem, maiore cum ardore, affectu & reverentia precangi a dorandique Deum; & lubenter nos cum amplexu ros experiemini. Sed de novo esset vobis nova Ecclesia ædificanda. Nam vestra illa, quam iam agrediat describere, nihil tale in se habet.

QVOMODO CALVINVS ECCLESIAM instituerit, capite destitutam: & tam nomina quam munera Episcoporum & presbyterorum ex ea profigatur.

CAPUT V.

ARGUMENTUM.

- I. Calvinistica Ecclesia sordes & deformitas.
- II. Ecclesia Calvinistica nullum habet caput.
- III. Domus Dei in terris eius quasi in celis est, similitudinem referre debet.
- IV. Unitas sine certo capite conservari nequit.
- V. Calvinus Episcoporum & presbyterorum nomina inducit.
- VI. Archiepiscoporum Burdigalenſium series & successio demonstrativa originis sua ex Apostolis.
- VII. Beza suis met verbis Ioanni Drueto redditum ad Catholicos aperit.

I. **Q**uemadmodum in scriptis veterum nō possumus sine admiratione legere pulcherrimum illum Ecclesiastica Hierarchia ordinem, vbi apta quadam omnia regimini potestatumque connexione inferiores gradus respondent superioribus, ad summum vique, supra quem nulla est in hisce sublunaribus alia potestas. Ita ex adverso fieri non potest, vt quis adspiciat Ecclesiæ Reformatæ quæ dicitur, miserabilem Anarchiam, (quæ, misera, iactat æqualitatem suam, statim fæpe inæqualem & periculosam, damnataque ante annos milles ducentos in persona Ariji) quia simul mouetur commiseratione illius confusio-

*a Tertull. ad uxor. l. 2. & decoro. Cypr. l. 2. ep. 3.
Greg. Nazian. orat. in Sanct. Bapt.*

nis, quam parens ipsius Calvinus inuenit, qui nixus Euchae illius sententia, affirmantis, pri-
mam æquitatem esse æqualitatem, non modo Arrianos resuscitauit, sed etiam Vielelistas. Vi-
ciefus enim, ut Guilhelmus Videfortius scribit,
quam spe obinendi in Anglia Episcopatus Vigor-
nensis excidisset, indignatus voluit introducere
in Ecclesiam ordinum confusione m. exemplo Ar-
rij, quem Augustinus restatur ob similem repul-
sam, quem non posset ad Episcopatum pervenire,
presbyteros æquare Episcopis conatum fuisse. Sed
omnipotens! nonne videtis, nullam esse maiorem
inæqualitatem, quam servare æqualitatem in
inter personas inæquales? Quamvis autem passim in
Antichristo meo satis ad vivum expresserim omni-
nes partes, & omnia linea menta novæ istius Ec-
clesiæ, & mystæ eius antiquitatis, idemque argu-
mentum lepide admodum tractaverit vir præcla-
rissimus Rebullius, in Salmonis suis, & libro de
Schismate: necesse est tamen ut hic quoque, ubi An-
atomia facienda est Hæreses, omnia eius mem-
bra recolligam, ostendamque ordinem eius & po-
litiam, formamque & Ceremonias eligendorum
Ministrorum, Seniorum & Diaconorum, Consi-
stotorum ac Synodorum Majestatem, Congrega-
tionum sanctitatem & devotionem, & reliquos
Religionis illorum actus.

II. Calvinus, quem novam istam Ecclesiam for-
maret, voluit eam esse corpus cum certum capitibus,
aut potius sine illo omnino capite. Nam
nullum est caput, ubi plura sunt. Adeo hunc ho-
minaem ceperat libertatis & inæqualitatis illius
stulta persuasio, ut sola appellatio Capitis visi-
bilis Ecclesiæ, qua appellatur Pontifex, invisibilis
illius Vicarius, stomachum ipsi moveret. At-
que ut fucum facheret hominibus, negabat alio ca-
pite opus esse, præter solum Christum in cœlo reg-
nante: huic Vicarium in terra adiungere, nihil
esse aliud, quam potestate atque auctoritate sua
cum spoliare. Parum abest, quin imprudentiae eum
accusat, ob datas D. Petro Claves, ob communica-
tam eidem potestatem aperiendi & claudendi cœ-
los, & ob iunctum illi munus pacendi regendi
que oves ipsius. Nam quale est illud monstro
novum & disforme? An Ecclesia militans queque
non potest esse non visibilis, sine Capite visibili
esse poterit. Non magis certe quam navis sine gu-
bernatore.

III. Quod si, ut Astrologorum fert opinio, res
terrestres ad regulam circumvolutionemque cœ-

lestium metiendæ sunt, siue secundum Cabali-
starum rationem, inferioris Sanctuarij domus ad
exemplum superioris Sanctuarij conformata est,
& secundum Smaragdinam illam Hermetis tabu-
lam superiora respondent inferioribus, ut quæ con-
tiguo quodam vinculo à Deo coniuncta sunt:
Nonne nostrum est ordinem & dignitatem rei ex-
actæ in hisce in terris observare, quum idem fiat à
creaturis cœlestibus, Angelis scilicet, quorū in no-
vem choris distributa est Hierarchy? Et inter
sphæras quoque cœlestes ea quæ infinita est mo-
vetur, & nihil movere infra se se mediz moventur
à superiore primo mobili, & ipsæ movente inferio-
res: at supremum Cœlum omnia movere, nec à quo
quam alio movetur. Bodem modo, si ad inferiores
sphæras descendamus, inter Elementa supremum
locum Igitur tenet, medium Aer & Aqua, & Terra
extremum infimumque. Homo igitur,

*Cui Deus os jublime dedit, cœlumq; tueri
Iussit, & erexit ad sidera tollere vultus.*

ad sumendum exemplat regiminis actionum hu-
manarum ex hoc divino prototypo, in Cœlo ad-
mirabilem quandam harmoniam in tanta mo-
tuum varietate, dum corpora illa ætherea, plane-
tae in primis modo sibi appropinquant, modo di-
grediuntur, modo hoc modo illo aspectu invicem
oppontunt agnoscer; in terra vero æqualitatem
introducendo, omnia confunderet?

IV. O miserabilem, & indignam novellam ecclæ-
sia confusionem! An tu in una aliqua pura & inte-
gra ecclæsia unitatem conformem reperturum te
putas, ubi nullum certum sit caput, à quo illa duca-
tur ac gubernetur? Quomodo, quæso, populus
Christianus & deserta huius Mundi, & tantis tem-
pestibus infestum mare transire posset, nisi Moy-
sen aliquem haberet cuius ductum sequeretur?
Quomodo tanta domus sine apice, sine co-
lumo sustentabitur? Quomodo tantum corpus
sine capite subsisteret? Non magis certè quam Respu-
blica sine Rege aut ullo alio magistratu. Varro &
Columella aiunt rem rusticā nequaquam feliciter
processur, nisi assida patris familias tāquā capitis,
omnium opera disponentis obseruantis & regētis,
omnesque sua auctoritate in officio continentis,
interveniat cura & solicitude: & tu Calvine, aude-
bis dicere, taorat tamque late per totum orbem
terrarum diffusam Christianorum familiam, in fra-
aterna & perpetua concordia retineti posse, etiam si
capi-

R r

capi-